

Eminentissimi Ac Reverendissimi Domini, D. Joannis Baptistæ, Cardinalis De Luca, Theatrum Veritatis Et Justitiae, Sive Decisivi Discursus

Ad Veritatem Editi In Forensibus Controversiis, Canonicis & Civilibus, in
quibus in Urbe Advocatus, pro una partium scripsit, vel Consultus
respondit ; Cum Indicibus Argumentorum, Causarum ac Rerum
luculentissimis. Opus Tam Judicibus, Quam Causarum Patronis, atque
omnibus in utroque Foro ...

De Fideicommissis, Primogenitvris, Et Majoratibvs

**Luca, Giovanni Battista de
Coloniae Agrippinae, 1690**

Disc. LXVII. Parmen. primogenituræ de Manfredis. De eadem materia
exclusionis Religiosorum & Monasteriorum, Et an illa conveniat clericis
sæcularibus, si testator excludendo Religiosos adjecti etiam ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74060](#)

PARMEN.
PRIMOGENITVRÆ
DE MANFREDIS

P R O

COMITE ALBERICO
DE MANFREDIS

Responsum pro veritate.

Decadem materia exclusionis Religio-
forum & Monasteriorum, Etan illa
conveniat clericis sacerdotalibus, si te-
stator excludendo Religiosos adjecit
etiam verbum Sacerdotum; Et quatenus
talis exclusio etiam clericos sacer-
dotalibus includeret, An compræhen-
dat illum, qui specialiter per nomen
appellativum à testatore vocatus est,
ob dictam qualitatem postea super-
ventam.

S V M M A R I V M.

- 1 **F** Ad series.
- 2 **F** De Vocabulo Sacerdotii, vel Sacerdotis, quibus
conveniat.
- 3 Quod in hac facti specie convenias solum proficentibus
vitam regularem.
- 4 De clericis sacerdotalibus habere diu iure regularium, ita ut
Ecclesia succedat loco filii sicuti Monasterium.
- 5 De differentia inter clericos regulares, & sacerdotalibus in
proposito su. c. fionis in fideicommissis.
- 6 De usu bonorum & reddituum, qui permittitur regula-
ribus
- 7 De differentia inter clericos regulares, & sacerdotalibus in
maioratibus Hispania.
- 8 De eadem in successione feudorum.
- 9 Difficilium intrat exclusio ratione religionis, vel cleri-
catus, illorum qui proprio, & appellativo nomine
vocati sunt.

D I S C . L X V I I .

Ordinata per Comitem N. de Manfredis per-
petua primogenitura in ejus familia, vocando
cum ordine per eum præfinito prius quosdam des-
cendentes, seu proximiores, inter quos specialiter,
ac per nomen appellativum erat Comes Albericus,
deindeque alios remotores, adjecta declaratione
ut sub filiorum ac descendenterum & primogenito-
rum nomine ac appellatione, tam in parte dispo-
sitiva, quam in conditionali, non venirent, qui Re-
ligionem aut Sacerdotium profici essent vel profi-
terentur, minusque Ecclesia & Monasteria; Cum
defectis omnibus aliis proximioribus prius vocatis
esset solum superstes dictus Comes Albericus, qui

post mortem testatoris sacros ordines, &
sacerdotium suscepere, facta ampla repentina
ad favorem ejus fratrum sacerdotalium, cum
tamen mihi obfcura facti serie, dum nota
transmissa, reassumpta fuit; Hinc prædicta fuga
et primogenitura orta est controversia cum
tioribus de familia subsidiarie vocatis, praes-
tibus ob dicti Alberici exclusionem vel incapaci-
tatione sacerdotii, eorum successioni locum
esse, unde desuper pro veritate confutus fuit.

Tres autem punctos continebat notitia, i-
qua perebatur responsum, Primo circa renun-
cionem quam dicti remotores agnati præ-
berico obstare prætendebant, ubi etiam dictio
ei non obstaret; Verum super hoc parus
moratus fui, cum clarum videretur renunciatio
esse personalem, & in gratiam fratrum esse
descendentium, non autem realem ac ex-
tinctivam per quam ipso penitus de medietate
remotioribus nec à renunciante, nec in
ciatarii verisimiliter contemplatis locis fere-
cta ea quæ frequenter habentur in sua manus
ita de renunciationibus.

Secundò circa defectum potestatis testatoris
cludendi eligentes vitam Ecclesiasticam & Reli-
gionem, ita ut talis dispositio habenda esset pro-
scripta, super quo scribentes de partibus con-
tero stylo nimium se diffundebant, sed pati-
per hoc parum ac ferè nihil immoratus fui,
hodie potestas videatur incubitata ex defectu
disc. 63, & sequen.

Restringendo igitur responsum ad solum
punctum voluntatis, illum distinguebam in dis-
specções, unam scilicet generalē, ac
exclusio profitentium Religionem & Sacre
compræhenderet clericos & sacerdotes sicut
Et alteram particularē, An scilicet, potius
dicta compræhensione, respectu aliorum pro-
vocati sub generali, seu collectivo nomine
entium, illa obstaret dicto Alberico, qui
presè ac proprio & appellativo nomine vo-
ruerat.

Quoad primam, probabilius respondendum
fui, attento toto dispositio[n]is contextu, &
torem intellexisse solum de profitentibus in
Religione vel Congregatione Regulari, an
tem de clericis sacerdotalibus; Licer enim fac-
tum alternativè posuerit cum Religionem in
ligionem aut Sacerdotium profici fuerint,
Sacerdotii vocabulum absque dubio convenient
jam clericis sacerdotalibus in presbyteratus
constitutus, quinimò aptum sit ex eius la-
mentatione convenience etiam clericis in minori
gl. & DD. in cap. si quispiam de cohabit. clin. p.
tex. & in aliis habetur apud Fab. de Am. cap.
num. 13. Rot. apud Merlin, decif. 65, num. 22. et
repetit, decif. 59. par. 7. rec. quod tamen at
etum, an beneficium sit Sacerdotale, nec
haber difficultates, ut decif. 496. par. 1. num.
8. decif. 719. num. 3. par. 2. & de quo decif.
12. rec. & in sua materia sub titulo de benef.

Attamen in hac facti specie, infecto
dispositionis, omnino probabilius videbam
torem sensibile de illo sacerdotio, quod pro-
ret illum eumdem effectum quem producunt
in Religione, ut de facto in seculo currenti ren-
dit ille status regularis, quem profitent plures
seu presbyteri, qui nolentes dicitrates, vel Moni-
se nuncupant presbyteros vel clericos, commi-

instituta appellant Congregations , vel sub consimili vocabulo , atque hoc est quod significare voluit testator , ita contradistingundo illos presbyteros voti regulari quoque se obligantes , ab aliis Religiosis.

Quod probari observabam ex pluribus demonstrationibus , cum consueta & naturali regula , ut singularia que non profunt , &c. attendendis ; Primo scilicet quod tam Religionem , quam Sacerdotium inclusum sub eodem verbo , profecti fuerint , dum juxta communem usum , in Sacerdotibus secularibus non datur iste terminus profundi ; Secundò quia subsequentia verba clare demonstrant hanc distinctionem directam esse ad excludendam successione

Ecclesie vel Monasterii , ac subinventionem loco filii ; Tertio quia in clericis secularibus non desideratur sacerdotium pro imprimendo statu ecclesiastico irretinacibile , ac inhabilitativo ad suscipiendum legitimam problem , & conservandam agnationem , cum hunc effectum producat primus ordo facer subdiaconatus , ideoque non videtur subesse ratio differentia , cur solos sacerdotes excludere voleant , non autem diaconos & subdiaconos , signum claram , quod intellexit de illo sacerdotio , quod sequitur statu regulari , verificabili etiam juxta unam opinionem (licet iuxta currentis seculi usum , salem in Italia , non de facili deducibilem ad proximum) in illis clericis & presbyteris secularibus , de quibus agunt glossa & DD. relati per Capitulum cons. 20. num. 12. Menoch. cons. 245. num. 18. Fusar. quæst. 429. num. 4 & 5 quod scilicet omnino & perpetuo se adixerint cum eorum bonis aliqui Ecclesiae , que ex tunc efficiatur domina irretinacibilis eorum bonorum & iurium , ibique continuo vivant quo casu apud allegatos ac alios apud eos habent , Ecclesiam in clero seculari gravato sub conditione , si sine filiis , succedere loco filii ad instar Monasterii ; Quod tamen pro mea notitia saltem in Italia hodie non est in situ ; Licet enim plures habeamus sacerdotes & clericos seculares collegialiter , atque claustrali more sub certo instituto viventes , ut sunt praesertim presbyteri Oratori Oratori seu Congregationis S. Philippi Neri , & similes qui sunt clerici mere seculares nullo voto adstricti , atque more aliorum clericorum secularium subjecti Ordinario , retinentes dominium , possessionem , & liberam administrationem tam in vita quam in morte suorum bonorum cum libertate quandocumque descendendi ab ea domo seu Congregatione ac redendi ad domum propriam , in istis tamen verificabilis non est dicta ratio seu conclusio .

Et quartò demum fortius , ob cessantem in clericis secularibus illam exclusionis rationem , qua militat in Regularibus ; Ut enim adveritur supra in Romana fideicom. de Cappis disc. 65. licet profientes in Religione non amittant iura sanguinis & naturae , neque desinant esse de genere descendentiū vel agnitorum , unde propterea sunt capaces successionis fideicommissaria , quoties testatoris voluntas non refragetur , Attamen vere & de facto nullam figuram faciunt in familia ; Et quod magis est , non indigent illo bonorum ac reddituum notabili subficio , quod necessarium est in personis nobilibus in seculo viventibus pro familiis & agnationis decoro , ac nobilitate conservandis , & ad quem effectum fideicomissa & primogenitura ordinantur , neque de facto bona sunt penes eos , sed penes Religionem seu Monasterium , ipsis Religiosis solum permitta convenientibus oculis , seu etiam cum expressa licentia ,

Cardin. de Luca de Fideicom.

quodam honesto & religioso usu , juxta ea quæ habentur in Romana censu 27. Maii 1652. coram Biblio , decis. 253. par. 11. rec. & in sua materia sub tit. de Regularibus . Et sic non obtinetur finis à testatore volitus , dum interim quod ille religiosus naturaliter vivit , familia remanet in statu obscuro , atque bona de facto sunt extra illam ; Ideoque neglectis quibusdam leguleicis rigoribus , attenta quæ naturali veritate , ac magna verisimilitudine , quod talis sit testantium voluntas habentium contemplationem agnationis & decoris familiæ , de facili permitte debet limitatio regulæ , qua ita proficiens assit.

Non sic est in clericis secularibus , quoniam isti vivunt in seculo more aliorum secularium , atque in eis splendide viventibus conservatur de facto memoria & decor familiæ , Quinimò praesertim in Italia ratione Curia Romanæ , ac primariarum Ecclesiasticarum Dignitatibus , exceptis domibus supertemorum Principiis , quos Potentatos dicimus , vel illorum Magnatum subditorum primæ classis , qui Principium statui ac figuræ sati approximant , inter reliquos nobiles etiam ordinis magnatitii , maiorem figuram faciunt clerici in Prelatura vel majori Dignitate constituti , quam laici , majorique indigne subficio . Et sic magna differentia est inter unum statum & alterum .

Qua differentia bene habetur in primogenitiis ac majoribus Hispaniæ , ut advertitur supra in Bononiens. primogenitura de Luparis disc. 7. ex Molina lib. 1. cap. 13. num. 97. quod in illis majoribus , non obstante lege foundationis , succedunt clericis secularibus quamvis in sacris , non tamē regulares , ex dicta differentia ratione , de qua etiam apud Italos , p. assertim apud Galeot. controv. 59 num. 6. cum seq. & per totum lib. 2. Eamque agnoscit etiam Fagnani in cap. que in Ecclesiistarum de constitutionibus , ex num. 57. ubi agendo de capacitate clericorum succedendi in feudiis , praesertim in Statu Ecclesiastico , supponit incapacitatem Regularis , donec est in Religione , credit tamen eum capacem postquam per Dignitatem Episcopalem ab illa de facto exiit ; Quidquid enim sit de hoc assumpto , de quo pluries sub titulo de feudiis , praesertim in Romana seu Perusina disc. 47. id ponderabile est in ordine ad dictam differentiam . An de facto vivatur in claustris vel in seculo .

Discurrebam tamen hac ad quandam superabundantiam , egrediendo Curia stylum , quem in responsis extra eam quandoque egredi oportet ut stylo extero satisficeret , cum præmissa percurent casum magis dubitabilem clericorum in sacris , venientium sub collectivo nomine seu genere descendientium vel agnitorum , quæ difficultas in hac facti specie cessabat , ob expressam ac specificam vocationem dicti Alberici nomine proprio & appellativo , & qui utpore testatori cognitus haberat meritum dilectionis personalis , quod non concurrit in reliquis nascitibus sub generali seu collectivo nomine venientibus ; Ideoque cum dicta testatoris declaratio percuerat solùm illos , qui vocati fuerunt sub collectivo & generali nomine filiorum & descendientium , non percueriebat casum istius vocati nomine proprio , nam esset species ademptionis , quæ juxta quotidianas ac receptas regulas non est praefumenda , dum non constabat testatorem voluisse facere primogenitaram mere laicalem , neque privare eos , qui post illam agnitionem statum clericalem & ecclesiasticum allumerent , potissimum stante majori conjunctione

sanguinis, ac prædilectione in concursu agnatorum satis remotorum; Difficultas enim in hac materia cedit an exclusi nominatim ab una dispositionis parte veniant sub alia generali, ut habetur disc. 49. & alibi, non autem, ut exclusio generalis tollat vocationem proprio ac appellativo nomine statim.

- 13 Concessio Principis intelligitur s.e. auctor p*ro* dicio.
- 14 Quando legitimati verè in omnibus cœptis p*ro* legitimorum.
- 15 Quod potestas legitimandi sit de Regalib*is*.
- 16 Ea quæ non solent concedi non veniant in qua*si* generali facultatis.
- 17 Distinguuntur pre*judicium* accessiorum & i*nsuff* vum à pre*judicium* principali in legitimatione.
- 18 De Constitutione Pii IV. & ubi locum habeat.
- 19 Quid in testamento condit*is* ante ipsam Bullam.
- 20 De privilegiis illorum de Campag*is* cum clau*is* adita vel non adita hereditate quid operatur.
- 21 Quando dicatur assistere voluntas testatoris.
- 22 Monachus assimilatur servo & egredie*re* gaudere post*liminio*.
- 23 Ingressus in Religionem purgat maculam natali*m*.
- 24 De differentia inter personas ejusdem generis ubi agitur de trans*itu* de genere ad gen.

D I S C. LXVIII.

BONONIEN. FIDEICOMMISSI DE NASCENTORII.

P R O

ÆMILIO DE BLANCHIS

C F M

NASCENTORII.

Casus decisus per Rotam pro Æmilio.

De concursu personarum generis vocati, quibus ob*stet* qualitas seu defec*tus* natalium, Et an & quando naturales legitimati, vel naturales tantum succedant in fideicommissis, ac veniant sub genere agnatorum vel descendenterium; Et in specie, an legitimatio obtenta post factum casum fideicommissi retrotrahatur in præ*judicium* eorum quibus jus delatum, vel quæsitus est.

S V M M A R I V M.

- 1 Acti series.
- 2 Resolutiones causa.
- 3 Distinguuntur inspectiones.
- 4 Sententia super statu facit jus quod omnes.
- 5 De materia probationis filiationis remissive.
- 6 Quando appellatione filiorum veniant legitimati, et si adjiciantur qualitas legitimorum & naturalium, & quando fecerit.
- 7 De distinctionibus seu limitationibus huius conclusionis.
- 8 Quod in hoc attendatur mos regionis, vel an contemplata sit agnatio.
- 9 Legitimatio Archivii non operatur in præ*judicium* tertii nisi affiat voluntas testatoris.
- 10 De potestate Principis legitimandi cum retroactione in præ*judicium* juris tam quasi i aliis successoribus, & post delatum & agnitam successionem.
- 11 Quod retroactio intret ex iudicio testatoris.
- 12 Quod potestas Principis sit indubitate, atque tota quæstio reducatur ad voluntatem ubi agitur de legitimatione immediata concessa ab ipso Princeps.

P Lures substitutionum gradus ordinavit *ius* Raynerius de Nascentoriis, primo tempore avorem ejus filiorum & descendenterium matrum, seu in istorum defec*tum* legitimatum, cuncto ad favorem filiorum & descendenterium filiarum cum eodem ordine, prius filiorum matrum, deinde verò legitimatum, in omnibus facultatibus se quandocunque legitimando etiam post mortem ipsius testatoris, tio verò non extantibus de ejus descendenteriis sculina & feminina ut supra, vocari cum primogenitura filios & descendenterium matrum Constantiæ sororis nuptæ Æmilio de Blanchefactaque ista linea masculina, vocari cum dem ordine primogenitura eorumdem Constantiæ & Æmilii lineam femininam, Et quando de utraque linea prædicta defacta, vocari filium mogenitum agnati, vel cognati proximi*m*, alii dispositionibus ad rem non faciem*b*; autem nullis superstitibus ex testatore filii, primum successionis locum occupasset Alexander, primogenitus prædictarum Constantie & Æmilii, cui successit Pirrus frater unicuius filium illegitimum, quem per vim, & memorem duxit ad profitendum in Religione servorum Hinc proinde eodem Pirro defundo, dimittit Æmilius in statu regulari reperiebatur, cum supposito extinctionis utriusque linea masculina & feminina dictorum Æmilii & Constantie, hanc fideicommissariam successionem ex i*stis* substitutionum gradu aspirarunt Camillus de Blanchis, & Angelus de Mignanis proximogeniti, sed obtinuit hic ultimus qui probavit mogenitum, ut patet ex Rota decisio*n*is causa inter prædictos editis coram Carillo inter decis. 233. & 275. & coram Rotis inter duas 234. & 253. unde propterea Mignanus, vel filii assumptio cognomine de Nascentoriis præ*dictor*is præceptum bonorum possessionem edebunt ad aliquos annos continuatam.

His ita sequutis præfatus Æmilius Pirrus dum haec agerentur in statu religiosi profectus, obtinuit ejus professionem invalidam scribendi, Primò per sententiam Vicarii Urbis ecclesiastici Concilii Tridentini, Et secundò in Rotam habetur in Bononien. nullitatibus professionis sub i*ustitia* singularibus, atque in statu seculari confutato, continuit prius legitimationem Archivii, et